

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 9.

Inhalt: I. Epistola encyclica Sanctitatis Suae, Leonis PP. XIII. ddo. 30. Septembris 1880 de amplificatione cultus sanctorum Cyrilli et Methodii, magistrorum Slavorum. — II. Pastoralconferenz-Fragen für das Jahr 1881. — III. Entscheidung der S. Congregatio Concilii betreffend die sogenannte Civilehe und das Ehehinderniß der öffentlichen Ehebarkeit. (Fortsetzung) — IV. Einladung zur Einbringung der periodischen Eingaben und Ausweise. — V. Concurs-Verlautbarung. — VI. Chronik der Diöcese.

1880.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E X I I I .

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES

ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS
GRATIAM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIBUS FRATRIBUS

PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIB
ET EPISCOPIB UNIVERSIS CATHOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMUNIONEM

CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Grande munus christiani nominis propagandi, beato Petro principi Apostolorum eiusque Successoribus singulari modo demandatum, Romanos Pontifices impulit, ut sacri Evangelii nuntios ad varias orbis terrarum gentes diversis temporibus mittendos curarent, prout res et consilia *miserentis Dei* postulare viderentur. — Quamobrem sicut Augustinum ad Britannos in culturam animorum legaverunt, Patritium ad Hibernos, Bonifacium ad Germanos, Villebrordum ad Phrisios, Batavos, Belgas, aliosque persaepe ad alios; sic etiam apostolici muneris apud Slavoniae populos obeundi facultatem CYRILLO et METHODIO, viris sanctissimis, concesserunt: quorum instantia maximisque laboribus perfectum est, ut illi Evangelii lumen aspicerent, et ab agresti vita ad humanum civilemque cultum deducerentur.

Cyrillum et Methodium, par Apostolorum nobilissimum, si hominum fama, beneficiorum memor, celebrare Slavonia tota numquam desiit; non minore certe studio colere Ecclesia Romana consuevit, quae et utrumque eorum, quamdiu vixerunt, multis rebus honoravit, et alterius demortui cineribus carere noluit. — Inde iam ab anno MDCCCLXIII Slavonici generis Bohem's, Moravis et Croatis, qui solemnia in honorem Cyrilli et Methodii celebrare quotannis die nono mensis martii consueverant, indulgentia Pii IX immortalis memoriae decessoris Nostri permissum est, ut deinceps diem quintum mensis Iulii festum agerent, horariasque preces ob Cyrilli et Methodii memoriam persolverent. Neque multo post, quo tempore Concilium magnum ad Vaticanum haberetur, perplures Episcopi ab hac Apostolica Sede suppliciter petiverunt, ut eorundem cultus et stata solemnitas ad universam Ecclesiam propagaretur. Verum infecta ad hanc diem re, et ob temporum vices mutato per eas regiones reipublicae statu, opportunus Nobis oblatus videtur locus iuvandi Slavoniae populos, de quorum incolumitate et salute solliciti magnopere sumus. Igitur cum paternam caritatem Nostram nulla in re ab iis desiderari patimur, tum latius proferri augerique religionem volumus hominum sanctissimorum, qui Slavonicas gentes sicut olim, disseminata fide catholica, ab interitu ad salutem revocarunt, ita nunc sunt caelesti patrocinio potenter defensuri. Quo autem magis emergat, quales sint quos orbi catholico, venerandos et colendos proponimus, placet rerum gestarum historiam breviter attingere.

Cyrillus et Methodius fratres germani, Thessalonicae amplissimo loco nati, Constantinopolim mature concesserunt, ut in ipsa urbe Orientis principe humanitatis artes addicerent. Nec latuit scintilla ingenii, quae iam tum elucebat in adolescentibus; nam uterque plurimum brevi profecerunt; at Cyrillus maxime, qui eam scientiarum laudem adeptus est ut singularis honoris causa *Philosophus* appellaretur. Non longo intervallo monachum agere Methodius, coepit; Cyrillus autem dignus est habitus, cui Theodora imperatrix, auctore Ignatio Patriarcha, negotium daret erudiendi ad fidem christianam Chazaros trans Chersonesum incolentes, qui idoneos sacrorum ministros Constantinopoli imploraverant. Quod ille munus non gravate accepit. Itaque Chersonam in Tauris adlatus, sermoni vernaculo illius gentis, ut quidam ferunt, aliquamdiu operam dedit; eoque tempore sibi contigit optimis auspiciis, ut S. Clementis I P. M. sacros cineres inveniret, quos quidem haud difficile agnovit cum ex pervagata maiorum memoria, tum ex anchora, quacum ipsa martyrem fortissimum Traiani imperatoris iussu in mare praecipitem actum, et deinde conditum fuisse constabat. — Tam pretioso thesauro potitus, in Chazarorum urbes sedesque penetravit; quos praeceptis suis edoctos et Dei numine instinctos, multiplici superstitione deleta, ad Iesum Christum adiunxit. Recenti christianorum communitate optime constituta, continentiae simul et caritatis memorabile documentum edidit, cum oblata ab indigenis dona omnia recusavit, excepta servorum, qui christianum nomen profiterentur, manumissione. Mox Constantinopolim rediit alacer, atque in monasterium Polychronis, quo se iam Methodius receperat, Cyrillus ipse secessit.

Interim res apud Chazaros prospere gestas ad Rastilaum Moraviae principem fama detulerat. Is, Chazarorum exemplo incitatus, de aliquot operariis evangelicis Constantinopoli arcessendis cum imperatore Michaële III egit, nec difficile, quod volebat, impetravit. Igitur tot iam factis nobilitata virtus, proximorumque iuvandorum in Cyrillo et Methodio perspecta voluntas effecit, ut ii Moraviensi expeditioni destinarentur. Cumque iter per Bulgariam instituissent christianorum initiatam sacris, nullo loco praetermittunt amplificandae religionis opportunitatem. In Moraviam vero, effusa obviam multitudine ad imperii fines, summa voluntate et celebri laetitia excipiuntur. Nec mora fuit, quin imbuere christianis institutionibus animos aggrederentur et in spem caelestium bonorum erigere; idque tanta vi, tam operosa industria, ut non longo intervallo Moravorum gens nomen Iesu Christo libentissime dederit. Ad eam rem non parum scientia valuit dictionis slavonicae, quam Cyrillus ante perceperat, multumque potuerunt sacrae utriusque Testamenti litterae, quas

proprio populi sermone reddiderat. Quare omnis Slavorum natio plurimum homini debet, quod non fidei christianae solum, sed etiam civilis humanitatis ex illo beneficium acceperit: nam Cyrillus et Methodius principes inveniendi fuerunt ipsas litteras, quibus est sermo ipsorum Slavorum signatus et expressus, eaque de causa eiusdem sermonis auctores non immerito habentur.

Ex tam remotis disiunctisque provinciis rerum gestarum gloriam secundus rumor Romam nuntiaverat. — Atque ita cum Nicolaus I P. M. fratres optimos Romam contendere iussisset, ii sine cunctatione imperata facere instituunt; romanumque iter alacriter ingressi, reliquias S. Clementis secum advehunt. Quo nuntio, Hadrianus II, qui in locum Nicolai demortui fuerat suffectus, Clero populoque comitante, obviam magna cum honoris significatione progreditur hospitibus illustribus. Corpus S. Clementis magnis extemplo prodigiis nobilitatum, solemni ducta pompa, inlatum est in Basilicam iisdem vestigiis paternae domus martyris invictissimi Constantiano tempore excitatam. Deinde Cyrillus et Methodius de munere apostolico, in quo essent sancte laborioseque versati, ad Pontificem Maximum, assidente Clero, referunt. Et quoniam fecisse contra instituta maiorum religionesque sanctissimas arguebantur, quod sermonem Slavonicum in perfunctione munerum sacrorum usurpavissent, causam dixere rationibus tam certis tamque illustribus, ut Pontifex totusque Clerus et laudarent homines et probarint. Tum ambo, dicto ex formula catholicae professionis sacramento, iuratique se in fide beati Petri et Pontificum Romanorum permansuros, Episcopi ab ipso Hadriano creati consecratique sunt, pluresque ex discipulis eorum variis sacrorum ordinum gradibus initiati.

Erat tamen provisum divinitus, ut Cyrillus Romae conderet vitae cursum anno DCCCLXIX die XIV Februarii, virtute magis quam aetate maturus. Elatus est funere publico magnificoque apparatu, eo ipso, quo Pontifices Romani solent, et in sepulcro, quod sibi Hadrianus extruxerat, perhonorifice compositus. Sacrum defuncti corpus, quia Constantinopolim asportari populus romanus non pertulit, quamvis parentis moestissimae desiderio expetitur, deductum est ad sancti Clementis, atque huius prope cineres conditum, quos Cyrillus ipse tot annis venerabundus asservarat. Cumque veheretur per Urbem inter festos psalmorum cantus, non tam funeris quam triumphi pompa, visus est populus romanus libamenta honorum caelestium viro sanctissimo detulisse.

Haec ubi acta, Methodius iussu auspiciisque Pontificis Maximi ad consueta apostolici muneris officia in Moraviam episcopus remigravit. In ea provincia *factus forma gregis ex animo* rei catholicae inservire maiore in dies studio institit; factiosis rerum novarum auctoribus, ne catholicum nomen opinionum insaniam labefacerent, fortiter resistere; Suentopolcum principem, qui Rastislaum exceperat, ad religionem erudire; eundemque officium deserentem admonere, increpare, demum sacrorum interdictione punire. His de causis invidiam excepit teterrimi atque impurissimi tyranni, a quo actus est in exilium. Sed aliquanto post restitutus tempestivis adhortationibus impetravit, ut mutati animi indicia princeps ederet, pristinamque consuetudinem novo vitae modo redimi intelligeret oportere. Illud vero est mirabile, quod vigilans Methodii caritas, praetervecta Moraviae fines, sicut superstite Cyrillo Liburnicos et Servios attigerat, ita nunc Pannonios complectebatur, quorum principem, Cocelum nomine, ad religionem catholicam informavit, et in officio retinuit: et Bulgaros, quos ipsos cum rege eorum Bogori in fide christiani nominis confirmavit; et Dalmatas, quibuscum caelestia partiebat communicabatque charismata; et Carinthios, in quibus ad unius veri Dei notitiam cultumque traducendis plurimum elaboravit.

Sed ea res molestiam homini peperit. Etenim quidam ex novella christianorum societate, quia strenue actis rebus virtutisque Methodii inviderent, apud Joannem VIII Hadriani successorem, insontem postularunt de suspecta fide violatoque more maiorum, qui in sacris obeundis sermonem graecum aut latinum unum adhibere consueverunt, praeterea nullum. Tunc Pontifex incolumitatis fidei discipli-

naeque veteris studiosissimus, Methodio Romam evocato diluere crimina, seseque purgare imperat. Is, ut semper erat ad parendum alacer conscientiaeque testimonio fretus, anno DCCCLXXX cum coram Joanne et Episcopis aliquot Cleroque urbano adfuisset, facile vicit, eam prorsus fidem et se retinuisse constanter et ceteros diligenter edocuisse, quam praesente et approbante Hadriano declaratam, ad sepulcrum principis Apostolorum iureiurando confirmarat: quod vero ad linguam Slavonicam in sacris peragendis usurpatam, se iustis de caussis, ex venia ipsius Hadriani Pontificis, nec sacris litteris repugnantibus, iure fecisse. Qua peroratione ita se qualibet culpae suspicione liberavit, ut in re praesenti complexus Methodium Pontifex, potestatem eius archiepiscopalem, expeditionemque Slavonicam libenti animo ratam esse iusserit. Insuper, aliquot delectis Episcopis, quibus Methodius ipse praeesset, et quorum opera in administranda re christiana iuvaretur, perhonorificis commendatum litteris in Moraviam cum liberis mandatis remisit. Quas res omnes postea Summus Pontifex confirmatas voluit per litteras ad Methodium datas, cum scilicet huic rursus subeunda malevolorum invidia fuit. Quare securus animi, cum Pontifice Maximo cunctaque Ecclesia romana arcissimo caritatis fideique vinculo coniunctus adsignatum sibi munus explere multo vigilantius perseveravit; nec diu desideratus est egregius operae fructus. Nam cum primum ipse per se ad catholicam fidem Borzivoium principem Bohemorum, deinde Ludmillam uxorem eius, adhibito quodam sacerdote, perduxisset, brevi perfecit, ut in ea gente christianum nomen longe lateque vulgaretur. Per eadem tempora Evangelii lumen in Poloniam invehendum curavit; quo cum ille per mediam Gallaeciam penetravisset, sedem episcopalem Leopoli statuit. Inde, ut nonnulli tradiderunt, in Moscoviam proprii nominis digressus, thronum pontificale *Kiowense* constituit. Cum his haud sane arescentibus laureis in Moraviam reversus est ad suos: iamque sese abripi ad humanum exitum sentiens ipsemet sibi successorem designavit; Clerumque et populum supremis praeceptis ad virtutem cohortatus, ea vita, quae sibi via in caelum fuit, placidissime defunctus est. — Uti Cyrillum Roma, sic Methodium Moravia decedentem luxit, amissum quaesivit, funere eius modis omnibus honestato.

Horum factorum, Venerabiles Fratres, periuocanda Nobis accidit recordatio; nec mediocriter commovemur, cum retro longe respicimus optimis initiis splendidam Slavonicarum gentium cum Romana Ecclesia coniunctionem. Etenim duo isti christiani nominis propagatores, de quibus loquuti sumus, Constantinopoli quidem ad ethnicos populos discesserunt; sed tamen eorum missionem ab hac Apostolica Sede, catholicae unitatis centro, aut omnino imperari, aut, quod plus vice simplici actum est, rite sancteque approbari oportuit. Revera hic in Urbe Roma ab iis est et suscepti muneris ratio reddita, et ad accusationes responsum; hic ad sepulera Petri et Pauli in fidem catholicam iuratum, consecratioque episcopalis accepta una cum potestate sacri imperii, retento ordinum discrimine, constituendi. Demum hinc est usus slavonici sermonis in ritibus sanctissimis impetratus; atque hoc anno decimum expletur saeculum, ex quo Joannes VIII P. M. ad Suentopolcum Moraviae principem ita scripsit: *Litteras slavonicas . . . quibus Deo laudes debitae resonant, iure laudamus, et in eadem lingua Christi Domini Nostri praeconia et opera ut enarrentur iubemus. Nec sanae fidei vel doctrinae aliquid obstat, sive missas in eadem slavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel lectiones divinas Novi et Veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, et alia horarum officia omnia psallere.* Quam consuetudinem multas post vices sanxit Benedictus XIV per apostolicas Litteras anno MDCCLIV die XXV Augusti datas. — Pontifices autem Romani, quotiescumque opem rogati sunt a principibus viris, qui populis praeesent Cyrilli Methodiique opera ad christianos ritus traductis, numquam commiserunt, ut sua desideraretur in adiuvando benignitas, in docendo humanitas, in consiliis dandis benevolentia, in rebus omnibus, quibuscumque possent, eximia voluntas. Prae ceteris vero Rastislaus, Suentopoleus, Cocelus, sancta Ludmilla, Bogoris insignem Decessorum Nostrorum caritatem pro re et tempore experti sunt.

Neque Cyrilli ac Methodii interitu constitit aut remisit paterna Romanorum Pontificum pro Slavoniae populis sollicitudo; sed in tuenda apud eos sanctitate religionis conservandaque prosperitate publica semper enituit. Revera ad Bulgaros Nicolaus I sacerdotes qui populum instituerent, et Episcopos Populoniensium et Portuensium ab Urbe Roma misit, qui recentem christianorum societatem ordinarent: item Bulgarorum crebris de sacro iure controversiis is ipse responsa peramanter reddidit, in quibus vel ii, qui minus Ecclesiae Romanae favent, summam prudentiam collaudant atque suspiciunt. Ac post luctuosam dissidii calamitatem, laus est Innocentii III reconciliasse cum Ecclesia catholica Bulgaros, Gregorii autem IX, Innocentii IV, Nicolai IV, Eugenii IV in reconciliata gratia retinuisse. — Similiter erga Bosnienses et Erzegovinenses, pravarum opinionum deceptos contagiis, insigniter eluxit Decessorum Nostrorum caritas, scilicet Innocentii III et Innocentii IV, qui evellere ex animis errorem; Gregorii IX, Clementis VI, Pii II, qui sacrae potestatis gradus per eas regiones stabiliter firmare studuerunt. — Nec exiguum, nec postremam curarum suarum partem Innocentius III, Nicolaus IV, Benedictus XI, Clemens V in Servios contulisse putandi sunt, a quibus fraudes, ad labefactandam religionem astute comparatas, providentissime continuerunt. — Dalmatae quoque et Liburnici ob fidei constantiam, vicissitudinemque officiorum a Ioanne X, a Gregorio VII, a Gregorio IX, ab Urbano IV favorem singularem et gravia laudum praeconia adepti sunt. — Denique ipsa in Ecclesia Sermiensi, saeculo sexto barbarorum incursionibus deleta, posteaque sancti Stephani I Hungariae regis pio studio restituta, multa sunt Gregorii IX et Clementis XIV benevolentiae monumenta.

Quapropter agendas Deo grates esse intelligimus, quod idonea Nobis occasio praebeatur gratificandi genti Slavorum, communisque ipsorum utilitatis efficiendae, non minore certe studio, quam quod est in Decessoribus Nostris omni tempore perspectum. Hoc scilicet spectamus, hoc unice cupimus, omni ope contendere ut gentes Slavonici nominis maiore Episcoporum et sacerdotum copia instruantur; ut in professione verae fidei, in obedientia verae Iesu Christi Ecclesiae obfirmentur, experiendoque quotidie magis sentiant, quanta vis bonorum ab Ecclesiae catholicae institutis in convictum domesticum omnesque reipublicae ordines redundet. Illae quidem Ecclesiae plurimas et maximas curarum Nostrarum sibi partes vindicant; nec quidquam est, quod optemus vehementius, quam ut earum possimus commoditati prospere consilere, cunctasque perpetuo concordiae nexu Nobiscum habere coniunctas, quod est maximum atque optimum vinculum incolumitatis. Reliquum est, ut adspiret propositis Nostris et incoepa secundet *dives in misericordia Deus*. Nos interim apud ipsum deprecatores adhibemus Cyrillum et Methodium, Slavoniae magistros, quorum sicut volumus amplificari cultum, ita caeleste patrocinium Nobis adfuturum confidimus.

Itaque praecipimus ut, rato die quinto mensis Iulii quem f. r. Pius IX constituit, in Kalendarium Romanae atque universalis Ecclesiae inseratur, agaturque quotannis festum sanctorum Cyrilli et Methodii cum ritus duplicis minoris Officio et Missa propria, quae sacrum Consilium legitimis ritibus cognoscendis approbavit.

Vobis autem omnibus, Venerabiles Fratres, mandamus, ut has Litteras Nostras publicandas curetis, et quae in iis praescripta sunt cunctos ex ordine sacerdotum, qui divinum Officium ritu Ecclesiae Romanae celebrant, servare iubeatis, in suis quisque Ecclesiis, Provinciis, civitatibus, Dioecesis, et locis Regularium. Denique volumus, Vobis suadentibus et cohortantibus, in universum rogari atque orari Cyrillum et Methodium, ut qua valent apud Deum gratia, Oriente toto rem christianam tueantur, imploranda catholicis hominibus constantia, dissidentibus reconciliandae cum vera Ecclesia concordiae voluntate.

Haec, ut supra scripta sunt, ita rata et firma esse iubemus, non obstantibus sancti Pii V Pontificis Decessoris Nostri aliisque Apostolicis super Breviarii et Missalis Romani reformatione editis Constitutionibus, statutis quoque ac consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Caelestium vero munerum auspiciem et praecipuae Nostrae benevolentiae pignus, Apostolicam benedictionem Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, cunctoque Clero et populo singulis Vestrum commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XXX Septembris Anno MDCCCLXXX, Pontificatus Nostri anno Tertio.

LEO PP. XIII.

II.

Pastoralkonferenz-Fragen für das Jahr 1881.

Erste Frage: „Wie soll das in der Laibacher Diözese vorgeschriebene Oster-Examen vorgenommen werden, damit der Zweck desselben erreicht, insbesondere aber auch ein würdiger Empfang der Ostereommunion erzielt werde?“

Zweite Frage: „In welcher Weise sollen sich die Pfarrcooperatoren an den pfarrämtlichen Kanzleigeschäften und der Legung der Kirchenrechnungen betheiligen, damit die Pfarrer die nöthige Aushilfe finden, die Kooperatoren aber die zur Administration einer selbstständigen Kuratie auch in dieser Hinsicht erforderliche Sachkenntnis und Geschäftsgewandtheit erlangen?“

Dritte Frage: „Welche eigenmächtige Ueberschreitungen der bestehenden Diözesan-Gottesdienstordnung vom 31. Oktober 1827 kommen hinsichtlich der Abhaltung von Segenmessen und der Aussetzung des Allerheiligsten bei verschiedenen Anlässen, sowie auch hinsichtlich der Patroziniumsfeier der Filialkirchen in den Kuratien des Dekanates vor? Welche Anordnungen wären daher zur Beseitigung der eingerissenen Mißbräuche zu treffen, damit die kirchlichen Vorschriften besser beobachtet und die wünschenswerthe Einheit in der Diözese erzielt, durch die Patroziniumsfeier in den Filialkirchen aber die regelmäßige Abhaltung des Pfarrgottesdienstes nicht gehindert werde?“

Hiermit wird nach längerer Unterbrechung, mit Rücksicht auf die bei den kanonischen Visitationen gemachten Wahrnehmungen, das Institut der Pastoral-Konferenzen wieder aufgenommen.

Indem ich behufs der Form der Abhaltung derselben auf die diesbezügliche Ausschreibung im Diözesanblatte de 1875 Nr. 2 S. 21 und 22 hinweise, glaube ich noch besonders anordnen zu sollen, daß die hochwürdigen Herren Dekane wegen fruchtlicherer Abhaltung der Konferenzen für jede Frage einen oder nach Umständen zwei Referenten aufstellen sollen, dessen oder deren Aufgabe es ist, die betreffende Frage gründlich durchzustudiren und das gewonnene Resultat in der Konferenz vorzutragen. An diesen Vortrag des Referenten haben sich sodann die Bemerkungen der einzelnen Konferenzmitglieder anzuschließen, welche vom Konferenz-Notar in das dem Ordinariate vorzulegende Protokoll kurzgefaßt aufzunehmen sind.

Zur Abhaltung der Konferenzen im Jahre 1881 könnten die Monate Juli oder August gewählt werden. Die nähere Bestimmung der Zeit wird den hochwürdigen Herren Dekanen überlassen, welche jedoch das Ordinariat von der getroffenen Bestimmung vorläufig in Kenntnis setzen werden.

III.

Entscheidung der S. Congregatio Concilii betreffend die sogenannte Civilehe und das Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit.

(Aus dem Kölner Pastoralblatte.)

Nach kirchlichem Rechte entsteht sowohl aus gültigen Sponsalien als auch aus der nicht konsummirten Ehe (*matrimonium ratum tantum, non consummatum*), selbst wenn letztere ungültig ist — den einzigen Fall ausgenommen,

wo die Nichtigkeit in dem Mangel des Consensus ihren Grund hat — das trennende Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit (*impedimentum iustitiae publicae honestatis*). Im ersten Falle, bei Sponsalien, tritt das Ehehinderniß ein zwischen jedem der Kontrahenten und den Blutsverwandten des andern Theiles im ersten Grade, im andern Falle, beim *matrimonium ratum tantum*, zwischen jedem Kontrahenten und den Blutsverwandten des andern Theiles bis zum vierten Grade einschließlicly. Seit Erlaß des Dekretes des Concils von Trident über die Form der Ehen (*sess. 24 de ref. matr. c. 1.*) besteht aber die Streitfrage, ob an den Orten, wo das genannte Dekret in Geltung ist, auch aus einer wegen Clandestinität ungültigen Ehe das Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit hervorgehe; und seit Einführung der sogenannten Civilehe ist die weitere Kontroverse entstanden, ob auch aus dieser das Hinderniß entstehe. Den letzteren Streitpunkt betreffend ist nun in jüngster Zeit eine Entscheidung der S. Congregatio Concilii ergangen, welche wir im Folgenden mittheilen und besprechen wollen.

Die Congregatio Concilii wurde nach einem Referate von Dr. Bellesheim im Archiv für Kirchenrecht (Band XLII, Seite 431 ff.) veranlaßt, sich mit dem bezeichneten Gegenstande zu beschäftigen durch ein Schreiben des Bischofs von Nola, welches konstatarie, daß Nupturienten, welche bloß bürgerlich getraut waren, zu wiederholten Malen in der dortigen Diözese vor der kirchlichen Einsegnung von einander abstanden, während der eine Theil mit einer Blutsverwandten Person des andern innerhalb des vierten Grades zur Ehe zu schreiten gedachte. Der Bischof glaubte seine eigene Anschauung dahin formuliren zu sollen, daß keinerlei Impediment aus der Civilehe hervorgehe, weil Benedikt XIV. eine solche Verbindung als leere Ceremonie auffasse und Pius IX. sie mit dem Prädikat „*konfubinat*“ belege. Wer an Orten, wo das Tridentinische Dekret Tametsi gelte, bemerkte der Bischof, ohne Beobachtung der unter der Strafe der Nullität der Ehe und Androhung der Inhabilität der Kontrahenten vorgeschriebenen Form zu einer ehelichen Verbindung zu schreiten wage, dessen Ehe könne unmöglich den Namen eines *matrimonium nullum* (*scil. impedimento clandestinitatis*) verdienen; sie sei vielmehr *nullum matrimonium*. Der apostolische Stuhl verwies die Sache zur Verhandlung an die Congregatio concilii und diese ertheilte, nachdem die Boten dreier Konsultoren eingeholt worden und nachdem auch der Sekretär der Congregation sein *Botum* abgegeben, auf das aufgestellte *dubium*: *An actus, qui vulgo audit matrimonium civile, pariat impedimentum iustitiae publicae honestatis* — am 13. März 1879 die Antwort: *Negative: et consulendum SSmo, ut id declarare ac statuere dignetur.* — Die päpstliche Bestätigung erfolgte am 17. desselben Monats.

Um die Tragweite dieser Entscheidung kennen zu lernen, müssen wir zunächst den bisherigen Stand der Frage, die Gründe, welche für und gegen die verschiedenen Ansichten vorgebracht werden, darlegen. Die ganze Kontroverse dreht sich im Grunde um zwei Punkte.

A. Entsteht aus der clandestinen Ehe an Orten, wo das Dekret Tametsi des Concils von Trident in Geltung ist, das Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit?

B. Ist die Civilehe als ein *matrimonium clandestinum* im Sinne der Kirche anzusehen?

A. Hinsichtlich des ersten Fragepunktes herrscht unter den Theologen und Kanonisten große Meinungsverschiedenheit. Die meisten, wie Fagnanus, Gutierrez, Gonzalez, Tellez, Pontius, Bignatelli, Monacalli, Busenbaum, der heilige Alphonsus, Carrière, Scavini, behaupten die Entstehung des Ehehindernisses aus der wegen Clandestinität ungültigen Ehe — viele Andere, wie Sanchez, Pax Jordanus, Pirhing u. erklären sich für das Gegentheil.

Für die Annahme, daß auch nach dem Tridentinum aus der ungültigen clandestinen Ehe das *impedimentum iustitiae publicae honestatis* hervorgehe, werden

1. Zunächst ältere Entscheidungen der Congregatio Concilii angeführt.

Fagnanus erklärt an zwei Stellen: Die Congregation habe entschieden, daß „*ex matrimonio per verba de praesenti contra formam a Concilio traditam contracto*“ das trennende Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit entstehe und sich bis zum vierten Grade erstrecke (Fagnanus ad cap. ad audientiam De spons. et matr. n. 11 und 28, cap. Sponsam n. 2 eod.)

Viele andere Autoren, u. N. Farinacius und Gallemart, führen die folgende Entscheidung der Congregation an: „*Praesupposita declaratione per Constitutionem S. D. N. Pii V super hoc decreto: Censuit Congregatio, oriri impedimentum iustitiae publicae honestatis ex sponsalibus per verba de praesenti etiam nulliter contractis, omissa forma decreti Conc. Trid. cap. 1 huius Sessionis (24).*“ (Farinacius et Gallemart ed. Trid. sess. 24 c. 2 de ref. matr.).

Ebenso behauptet Bignatelli, die Congregation habe unter dem Pontifikate Gregor's XIII. in dem angeführten Sinne geantwortet: „*Consequenter orta dubitatione, an ex matrimonio per verba de praesenti contra formam a*

Concilio traditam contracto, oriatur impedimentum publicae honestatis? Et quatenus oriatur, an sit restrictum ad primum gradum per hoc decretum? Cum ad Gregorium XIII. controversia haec delata fuisset unacum rationibus et Doctorum pro utraque parte opinionibus, Sanctitas Sua inclinavit in receptiorem sententiam, nempe ut e matrimonio nulliter etiam a scientibus contracto oriatur impedimentum publicae honestatis. Non enim probavit distinctionem inter contrahentes scienter vel ignoranter . . . Tamen dixit, dubitationem proponendam in Congregatione, quae censuit impedimentum iustitiae publicae honestatis oriri etiam ex matrimonio nulliter contracto ob non servatam formam Concilii.“ (Pignatelli, Consult. can. t. 7, 78 n. 6.)

Endlich beruft sich Monacelli unter Angabe eines bestimmten Datums auf eine Entscheidung gleichen Inhaltes: „insuper, qui matrimonium contraxit cum Berta, et postea ante consummationem declaratum fuit nullum ob metum cadentem in constantem virum, poterit ducere in uxorem sororem eiusdem Bertae, quia tali casu nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit Congregatio Concilii 23. Martii 1664; secus si matrimonium esset nullum ob non servatam formam Concilii aut ex alia causa, quia tunc oriretur impedimentum iustitiae publicae honestatis, ex eadem Congreg. 8. Nov. 1584. Causa disparitatis est, quia in primo casu nullus adest consensus (qui est causa efficiens et formalis contractus) et sic inde ortum habere non potuit impedimentum: at non sic in secundo, in quo consensus non deficit, sed solemnitas, vel adest impedimentum quod contractum dirimit iure ecclesiastico positivo.“ (Monac. Form. leg. pract, jur. eccl. tit. 16 form. 2 n. 32.)

Diese Entscheidungen haben sich allerdings, ungeachtet vieler Nachforschungen in den Akten der Congregatio Concilii nicht vorgefunden; auch werden dieselben ohne Titel und, mit Ausnahme der von Monacelli mitgetheilten, auch ohne bestimmtes Datum citirt. Da jedoch Pignatelli sich auf eine unter dem Pontifikate Gregor XIII., also zu seinen Lebzeiten, ergangene Entscheidung beruft, und vorzüglich weil Fagnanus, der langjährige Sekretär der Congregatio Concilii, wiederholt versichert, die Congregation habe in dem angegebenen Sinne entschieden, ist an der Echtheit der Resolution nicht zu zweifeln. Von Fagnanus bemerkt Benedikt XIV. bei einer andern Gelegenheit: „celebris Fagnanus, cui et singularis doctrina et peculiaris diligentia et publicorum munerum exercitium auctoritatem conciliant, decreti sententiam non adeo distincte retulisset, nisi de eo ipsi plene constitisset.“

2. Ganz zweifellos hat sich in mehreren Fällen die s. Poenitentiarum zu Gunsten derselben Ansicht ausgesprochen.

Auf das dubium: „an omnia matrimonia propter aliud quodpiam impedimentum, praeterquam defectus consensus, nulla producant illud publicae honestatis? erfolgte die am 13. März 1820 von Pius VII. bestätigte Antwort der Poenitentiarum: „Affirmative, scilicet sponsalia de praesenti seu matrimonium ratum ex quocumque licet impedimento nullum, dummodo nullum non sit ex defectu consensus, impedimentum parere publicae honestatis. Hoc enim manifeste colligitur ex cap. un. de sponsal. et matr. in 6, atque ita unanimiter tradunt Doctores. Solummodo inter eos disputatur, an impedimentum istud inducatur etiam per matrimonium ratum, quod nullum et irritum sit ob impedimentum clandestinitatis, quod nempe contractum non fuerit coram parcho et testibus: et verior atque omnino tenenda sententia affirmat, ex huiusmodi etiam matrimonio publicae honestatis impedimentum oriri. Etenim de iure veteri seu ex cit. cap. un. de spons. et matrim. in 6. impedimentum istud publicae honestatis inducebatur per quodcumque matrimonium ratum licet irritum, dummodo non esset irritum ex defectu consensus. Hoc autem ius antiquum circa matrimonium ratum minime immutatum est per Trid. synodum, sed integrum mansit in omnibus illis gradibus et casibus, in quibus de iure veteri introductum erat, prout in haec ipsa verba declaravit S. Pius V. in decreto anno 1568 emanato, quod incipit Ad Romanum. Quare S. Congreg. Cardinalium teste Joanne Gallemart in cap. 3 Sess. 24 Conc. Trid. ita haec super re pronuntiavit. Praesupposita declaratione per Const. S. Pii V super hoc decreto (Trid. circa impedimentum publicae honestatis) censuit S. Congr., oriri impedimentum publicae honestatis ex sponsalibus per verba de praesenti etiam nulliter contractis omissa forma decreti Conc. Trid. sess. 24 c. 1, id est contractis sine parcho et testibus.“

3. Für dieselbe Ansicht werden auch schwerwiegende, theilweise bereits in den vorstehenden Dokumenten des apostolischen Stuhles enthaltene, juristische Gründe vorgebracht. Nach dem alten Rechte entstand das Hinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit aus allen Sponsalien de futuro und de praesenti (Ehen) „etiamsi consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis religionis aut alia quavis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus“ (cap. unic. De spons. in VI.) Das Concil von Trient hat (sess. 24 de ref. matr. c. 3) das Ehehinderniß aufgehoben insoweit es sich um ungültige Sponsalien handelt und dasselbe auf den ersten Grad beschränkt für gültige. Daraufhin erhob sich die Streitfrage, ob das Concil auch die sponsalia de praesenti, die Ehen, habe treffen wollen. Um die Zweifel zu

zu beseitigen, erließ Pius V. die Erklärung: das Dekret des Tridentinums (s. 24 d. ref. m. c. 3) habe nur Bezug auf die sponsalia de futuro: was aber die sponsalia de praesenti, die Ehen, betreffe, so dauere das Ehehinderniß fort „in omnibus illis casibus et gradibus, quibus de iure veteri ante praedictum decretum Concilli introductum erat“ (Constitutio Ad Romanum vom 1. Juli 1568). Folglich ist die kirchliche Gesetzgebung über die Entstehung des Ehehindernisses der öffentlichen Ehrbarkeit, soweit es sich um das matrimonium ratum non consummatum handelt, durch das Tridentinum nicht geändert worden. Nach dem alten Rechte entsteht aber, wie oben angeführt, die honestas publica ex matrimonio quavis ratione nullo, ausgenommen den Fall des Consensmangels; folglich entsteht sie auch aus der wegen Clandestinität nichtigen Ehe. Die Klausel quavis ratione (aus welchem Grunde auch immer, aus jedem Grunde ohne Unterschied) ist ganz universeller Natur, muß folglich auch auf Odioses, auf Vorhandenes und später Entstehendes ausgedehnt werden. Es ist daher von keiner Bedeutung, wenn gesagt wird, die Bestimmung Bonifaz VIII., daß die honestas publica aus jeder ungültigen Ehe entstehe, könne auf den Fall der Clandestinität nicht ausgedehnt werden, weil das impedimentum dirimens clandestinitatis damals nicht bestanden habe; denn, weil ganz universell, bezieht sich die Klausel quavis ratione nullo auch auf später entstandene Nullitätsgründe. Ebenso wenig gilt die Einwendung, das impedimentum clandestinitatis sei seiner Natur nach von andern Ehehindernissen gänzlich verschieden, folglich könne es nicht dieselbe Wirkung haben wie jene. Wenn auch das Hinderniß der Clandestinität eine von den andern verschiedene Natur hätte — ein Moment, auf welches wir unten zurückkommen — so bleibt doch das Wesen einer wegen Clandestinität ungültigen Ehe, da es sich um keine Ungültigkeit wegen Consensmangel handelt, daselbe wie das Wesen einer aus andern Gründen nichtigen Verbindung, aus welcher honestas publica hervorgeht; folglich ist auch die Wirkung dieselbe. Fagnanus schreibt, wo er von der gültigen und der ungültigen Ehe handelt, insofern dieselben honestas publica erzeugen; „Rationem distinguendi nullam subesse inde patet, quia canones, qui hoc induxerunt impedimentum, non ius, sed factum, considerarunt, ipsamque externam decentiam, ut patet ex cap. iuvenis eod. tit. „Propter honestatem Ecclesiae, quia ipsa coniux illius esse dicitur“: ubi Pontifex attendit, non quantum valeat matrimonium, sed quid de facto dicatur. Unde quoad materiam nostram impertinens est quaerere, an matrimonia de iure teneant vel non. Secus autem est, quando deest consensus, quia tunc actus est etiam de iure naturae nullus; unde non est mirum, si tunc non oriatur impedimentum. Et hoc est, quod etiam dicit gloss. hic in verb. habere non potest, attendi scilicet factum, non ius.“ — Wie der gelehrte Canonist konstatiert, sind zur Erzeugung der honestas publica nur zwei Dinge erforderlich; die faktische Abschließung einer Ehe und das Vorhandensein des natürlichen Consenses. Daraus aber folgt, daß aus der clandestinen Ehe, bei welcher die beiden genannten Momente vorliegen, das Ehehinderniß entstehen muß.

Wir kommen zur Besprechung der zweiten Ansicht, nach welcher aus der wegen Clandestinität ungültigen Ehe das Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit nicht hervorgeht.

Auch dafür werden eine Reihe nicht gering anzuschlagender Momente angeführt. Nachdem das Concil von Trient, sagt man, für die Leistung des Consenses eine bestimmte Form, bestimmte Solemnitäten vorgeschrieben hat, ist die clandestine Ehe, wenn auch der natürliche Consens vorhanden ist, als ungültig wegen mangelnden Consenses anzusehen, weil ein legitimer Consens nicht geleistet ist, ähnlich wie bei dem impedimentum metus gravis, bei dessen Vorhandensein keine honestas publica entsteht. — Auch fehlt nach dem Tridentinum bei der clandestinen Ehe die äußere Form der Ehe (forma seu figura matrimonii), welche doch nach dem alten Rechte vorhanden sein mußte, wenn das impedimentum honestatis publicae entstehen sollte; die clandestine Ehe verdient gar nicht einmal dem Namen einer Ehe, da nicht einmal der Schein da ist. — Endlich kann auch dort, wo das Dekret des Tridentinum in Geltung ist, die clandestine Ehe kein matrimonium ratum genannt werden; jede andere ungültige Ehe verdient diesen Namen wegen der äußern von der Kirche approbirten Form, in welcher sie abgeschlossen worden ist. Bei den clandestinen Ehen fehlt alles, weshalb Catechismus Romanus hinsichtlich derselben sagt: „Ea neque vera neque rata matrimonia habenda esse.“ (Part. 2. c. 8, n. 29.)

So steht in unserer Frage Ansicht gegen Ansicht. Wägen wir aber die für beide anzuführenden äußern und innern Momente gegen einander ab, so muß das Urtheil ohne Zweifel zu Gunsten der ersten Ansicht ausfallen. Für die Ansicht, welche festhält, das Ehehinderniß der öffentlichen Ehrbarkeit auch aus der wegen Clandestinität ungültigen Ehe bis zum vierten Grade entstehe, erklären sich die meisten und zugleich die bedeutendsten Autoren, von welchen wir noch einmal nur Fagnanus, Pignatelli, den heiligen Alphonsus zu nennen brauchen. Für dieselbe Ansicht sprechen die ältern Entscheidungen der Congregatio Concilii und die Antworten der Pönitentiarie. Für dieselbe liegen auch die schwerwiegendsten juristischen Gründe vor.

(Fortsetzung folgt.)

IV.

Einladung zur Einsendung der periodischen Eingaben und Ausweise.

Die hochwürdigen Herren wollen von dem zu Ende gehenden Solarjahre 1880 folgende periodische Eingaben und Ausweise an die betreffenden Dekanatsämter und diese an das Ordinariat einsenden, und zwar:

1. Die Angabe der Seelenzahl jeder einzelnen Kurazie.
2. Den Bedarf an Directorien und Schematismen für das Jahr 1881.
3. Ausweis der Bevölkerung nach der Religionsverschiedenheit.
4. Die Angabe allfälliger Abänderungen in der Poststation oder Postexpedition, zu welcher die einzelnen Kurazien des Dekanates gehören.
5. Die Angabe der geistlichen Bezirks- und Ortschulininspectoren.
6. Die Angabe etwaiger Defekte, welche im heurigen Diözesan-Schematismus vorkommen, und der Daten, welche zur Vervollständigung des Lokal-Index dienen.

V.

Konkurs-Verlautbarung.

Aus Anlaß der Versetzung des Herrn Pfarrers Michael Mogolič in den bleibenden Ruhestand ist die Pfarre St. Lambrecht, im Dekanate Moräutsch, in Erledigung gekommen, und wird dieselbe unterm 20. Oktober 1880 zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung in Laibach zu stilifiren.

VI.

Chronik der Diözese.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit allerhöchster Entschließung vom 10. Oktober d. J. den Pfarrer in Neumarktl, Herrn Richard Frank, zum Chorherrn am Collegiat-Capitel in Rudolfswerth allergnädigst zu ernennen geruht.

Herr Karl Tedeschi, Pfarrer in Gorje, wurde zum geistlichen Rathe ernannt.

Am 18. Oktober d. J. erhielten die kanonische Investitur: Herr Anton Zorman auf die Pfarre Nevlje und Herr Andreas Pogorele auf die Pfarre Kolovrat.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 27. Oktober 1880.